R. P. D.

MANNELLI

Hispalen. Applicationis Missæ pro Populo.

PRO

Rev. D. Promotore Fiscali, seù Collectoria Generali Archiepiscopatus Hispalen.

CONTRA

Rm̃um Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Villæ de Olivares.



Gg

Restrictus Facti, & Juris

Vident. 5., 6., & 7.

2

ROMÆ, Typis Bernabò 1764.

Hispalen. Applicationis Missæ Pro Populo.

Stantibus &c.

Dubium = *An constet de tribus in casu &c.*

1 *Rev. Pater*. NOVO hujus Supremi Tribunalis examini subiicitur Causa hæc, sed novis munita facti præsidiis, iisque talibus, ut nil magis sperare sit, quam quod ipsum Supremum Tribunal ad antiquum sensum sit rediturum. Tribus enim conformibus sententiis, prima Archiepiscopalis Curiæ Hispalen., & duabus Sacri huius Auditorii definitum fuit, Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ de Olivares ratione Beneficiorum, quæ Mensæ suæ unita possidet in Ecclesiis Parochialibus *de Bolullos, de Asnalcazar, & de Cumbres majores*, teneri Missis nuncupatis de Tertia, celebrare, & applicare facere pro Populo, & Jus propterea esse Promotori Fiscali Collectoriæ Generalis Hispalensis pignori capere fructus Beneficiorum pro Missis non applicatis *Summario reassum. num. 1., & duobus sequen.*, idque cæteroquin conformiter ad plures alias res judicatas contra alios Beneficiatos ejusdem Archidiæcesis Hispalen., tum anteriores, tum posteriores, ut *ex Summ. reassum. a nu. 4. ad n. 10., & præsenti Summario Additionali num. 1., & plur. seqq.*

2 Acquiescere huic Rei judicatæ debuisset Capitulum de Olivares. At ipsum ad defatigandum si fieri posset Promotorem Fiscalem Collectoriæ Generalis Hispalensis, non dubitavit novam à Tribunali Signaturæ impetrare Causæ commissionem. Sed in eius propositione facta die 1. Februarii 1751. denuo prout par erat succubuit. Idem vero non fuit exitus Causæ in eius propositionibus factis diebus 14. Junii 1751., & 13. Februarii 1753.. Nil enim magis studuit Capitulum de Olivares, quam ut Causam hanc unam omnium clarissimam involveret, æquivocis *in Facto, & in Jure* cumulatis, atque ita in contrarium sensum traxit Sac. Tribunal.

3 Appellavit Promotor Fiscalis. Ad tollenda verò palmaria illa æquivoca, quæ causam dedere uni itemque alteri *Decisioni*, institit pro concessione Remissoriæ, & Compulsoriæ, & præ justitia Instantiæ obtinuit. Exhibitis vero Judici Delegato Literis Remissorialibus. & Compulsorialibus in id quam maxime incubuit Capitulum, ut elaberetur terminus a principio præfinitus, & deindè prorogatus, quin panderetur veritas, atque ideo non sine omnium admiratione complures cumulavit exceptiones captiosas adeo, ut Judex Delegatus semel atque

iterum coactus fuerit *pro consilio* remittere ad Delegantem Acta originalia cum immani dispendio Promotoris Fiscalis *Summ. reassum num.* 11. Sed & coram Delegante se Capitulum opposuit cuiusvis prorogationi termini, & obtinuit ut terminus vix ad unum mensem prorogaretur, & quidem sine ulterioris prorogationis spe. Hæc autem ultima prorogatio ex ingentibus pluviis fædata adeò in itinere fuit, ut legi ne quierit à Judice delegato, qui propterea suspensa præcedenti prorogatione Acta omnia ad illud usque tempus compulsata *tertio* ad Delegantem remittenda pro Consilio decrevit expressis justissimis causis, cur locus esse nequierit continuationi Compulsoriæ, & inchoationi Remissoriæ *Summario reassum. numer.* 12.

4 Decreta a Judice Delegato remissio Actorum brevi haud potuit exequutioni demandari ex gravissimo morbo, in quem incidit Notarius pro magnis laboribus in compulsatione actis *Summ. reassum. num.* 12. *litt.* D. Interea vero temporis Capitulum apprime conscium relevantiæ Jurium compulsatorum totum in eo fuit, ut ante adventum Actorum ad Urbem Causa proponeretur, eamque proponi, tum resolvi obtinuit die 23. Junii anni 1760.: Actis verò ad Urbem paulo post perventis, quia imminebant Feriæ generales, instantiam promovimus pro nova prorogatione termini, ut in decursu ipsarum, absolveretur incæptus, & nondum completus Processus Remissorialis, & compulsorialis, votique compotes facti fuimus *Summ. reassum nu.* 13.

5 Ut primum autem Promotor Fiscalis exhibuit Judici Delegato novam hanc termini prorogationem, induxit Testes examinandos *Summ. reassum. num.* 14. Sed ut terminus hic elabi inutiliter posset, petiit Capitulum communicationem Actorum, sed frustra. Ea enim non solum fuit denegata, sed & notificatum fuit examen primi Testis *dicto Summ. numer* 15. Novit Capitulum quod si alii examinarentur Testes Causa cadere necessario deberet; eaque propter ad examen hoc aliorum Testium impediendum, a denegata Actorum communicatione appellavit ad Tribunal Nunciaturæ, tum etiam ad hoc Sacrum Auditorium *Summ. reassum. num.* 16. Atque hoc in casu fuit, ut vix examen unius Testis inchoari potuerit *Summar. reassum. num.* 17. Licetque Promotor Fiscalis demonstraverit, quod mox dicta appellatione uti frivola rejecta procedendum ad ulteriora esset in examine Testium *Summ. reassum. num.* 18. Appellationi tamen detulit Judex Delegatus ea dicta lege, ut Capitulum eam prosequeretur in hoc Supremo Auditorio, & Acta transportaret Sumptibus suis *Summ. reassum. num.* 19. Ægrè autem ferens Capitulum Legem hanc prosequendi in hoc Sacro Auditorio appellationem institit, ut prævia suspensione Decreti fides sibi traderetur admissæ appella-

pellationis eam prosequendi causa coram quo mallet *Summ. reassum. num.* 20. Vice autem versa Promotor Fiscalis ut docere valeret de diligentiis adhibitis pro absolutione Processus non obstantibus solitis Capituli tergiversationibus, atque ita declinare alteram *contumacialem Decisionem* sibi contrariam, promptum paratumque se exhibuit transmissioni propriis Sumptibus Actorum per Cursorem ad Urbem. Annuit Judex Delegatus justissimæ huic petitioni *Summar. reassum. num.* 21. Necessarium verò duxit Epistolam ad R. P. D. tunc Ponentem dare, in qua malum jus Capituli adeo perspicuè exposuit, ut ipsa vel sola satis superque sit ad Causæ definitionem ipsi Capitulo contrariam *Summ. reassumen. numer.* 22.

6 Ast nihilominus proposita Causa die 22. Junii 1762. potissimum sub exagerationibus illis, quod minus legalia essent nostra documenta, præter omnem expectationem prodiit resolutio Capitulo favorabilis; eaque confirmata fuit die 17. Iunii 1763. quinimo expedita fuit Causa. Facile vero fuit obtinere a Signatura commissionem Causæ cum suspensiva clausula *Consito de Tribus* = In eius sequelam proponitur in hodierna audientia *Dubium* in fronte præmissum. Nec ulla nos tenet dubitatio, quin *ex novis*, quibus in hac propositione munita est Causa hæc facti præsidiis, vindicata legalitate nostrorum documentorum, tum corroboratis probationibus pro applicatione militantibus, *negativè* sit rescribendum, prout supplicamus humillime.

7 Ità sane exposcit iniustitia sententiarum, quibus definitum est Beneficiarios Ecclesiarum Parochialium *de Bolullos, de Asnalcalzar, & de Cumbres majores*, applicare pro Populo haud teneri has, de quibus disserimus, Missas de Tertia; Nec de ea dubitari ullo modo potest, si sepositis tot extraneis, & impertinentibus quæstionibus excitatis ab ultima *Decisione* præcedentis Instantiæ à §. 2. *ad* 12. statuatur verus huius Causæ status. Porro sumus in casu, in quo convenitur utrinque de obligatione celebrandi, & quidem ratione Beneficiorum; solumque quæstio est de obligatione applicandi, nec ex fundatione ipsorum Beneficiorum, utpote temporis iniuria deperdita, quidquam deprehendi potest.

8 Hic est verus Causæ status. Ad rectam autem ejus definitionem opinio magis tuta, & à Nemine adhuc controversa est, quod inspiciatur quid de tempore antecedenti servatum fuerit. Si enim facta in præteritum minimè fuit applicatio Missarum, non est certe quod ea prætendi in futurum possit; idque quia hæc observantia monstrat Legem fundationis fuisse pro celebratione tantum, non item pro applicatione. Sin autem in præteritum Missarum applicatio fuerit facta, evitari ipsa nullo pacto valet in futurum; Et jure quidem meritoque. Factum enim præ-

 su-

sumitur ab Eo, qui erat obligatus, facere. Quocirca monstrat e contrario observantia hæc Fundationis Legem pro celebratione simul, & applicatione,

9 Ita summa consensione tradunt *Pax. Iordan. Elucubrat. Divers. tom. 1. de Re Sacra Lib. 4. titul. 1. num. 548. versic., quod tanto magis*, *Tamburin. de Sacrific. Miss. lib. 3. cap. 1. §. 3. num. 26.* = ibi = *Iuxta prædicta considerandum est, qua ratione seù quibus verbis Fundatores eas Missas in Instrumento Fundationis disposuerint &c.. At quid si non extet tale Instrumentum, seù Scriptura, undè id ex ejus verbis dilucidari possit? Respondeo ex de Lugo de Eucharistia disput. 21. sect. 1. num. 23., qui fatetur = Quamvis in iis qui dant Eleemosinas pro Missis dicendis semper præsumatur Eos velle applicationem; in Beneficiis vero vel aliis in quibus obligatur Sacerdos ad celebrandum solum ob commoditatem Eorum, qui audituri sunt Missam, facilius posse existimari quod sola Officiatura, non applicatio requiratur. HÆC ILLE. CVI ADDI POTEST IN CASV NVLLIVS SCRIPTVRÆ MAXIME' FAVERE FAMAM POPVLI, IPSAM SACERDOTVM PRAXIM, IPSVM EXEMPLVM PRÆDECESSORVM, ET SIMILIA* = *Ludovic. à Cruce in Exposit. Bull. Composit. disput. 3. dub. 19 num. 15. Hurtad. suar. resolut. tom. 1. tractat. 2. cap. 3. resolut. 5. num. 48,* optimè *Amostaz. de causis piis lib. 2. cap. 3. num. 51.*, ubi in hisce in quibus sumus terminis hanc tradit Regulam = *CONSVETVDO VOLVNTATEM FVNDATORIS EXPRIMIT, QVARE ID ERIT OBSERVANDVM* = Egregie *Gobat. suor. Oper. tom. 1. tract. 3. de Sacrific. Miss. cas. 16. num. 473., & plur. sequent.* ibi = *Simplex Beneficiarius habet à suo Beneficio pingues reditus DECIMARVM, qui ob omissas Fundationis literas ignorat obligationem suam claram, sed tantum scit confusam dicendi scilicet Missam perpetuam &c. Hanc quæstionem istis verbis quidam Theologiæ Professor Viennæ mihi proposuit die 20. Decembris 1656. volens rescire quid de ea sentirem, quum Ille serio cuperet nosse suam obligationem, quò ei satisfaceret. Ad quam mox respondi in hunc sensum. Vel ex sola verbali relatione constat esse dicendam Missam perpetuam, vel ex scriptura aliqua. Si ex relatione verbali, forte possunt Auctores illius Relationis subministrare indicia, è quibus deveniatur in certiorem notitiam. SI TAMEN NEQVE EX VERBIS, SICQVE EX VLLA SCRIPTVRA POSSIT QVIDQVAM CERTO COLLIGI, VIDENDVM QVID EGERINT DECESSORES; NAM FACTVM PRÆSVMITVR AB EO QVI ERAT OBLIGATVS FACERE* = *Collect. de SS. Myster. cap. 18. num. 8.*; alijsque in re prorsùs indubia omissis *Pontas in suo Dictionar. verbo Beneficiarius cas. 8.*; ubi hanc reddit rationem = *Quum enim Cappellæ suo titulo careat, VSUM ANTIQVVM*

CEV

CEV LEGEM OBSERVARE TENETVR, *quæ ab ipso Fundationis titulo suam ducit originem* = & paulo post = *Quum tituli Fundationis locum sufficienter antiqua suppleat consuetudo*.

10 Duo verò in hoc, in quo sumus casu Fundationis deperditæ, ad præcavenda contraria equivoca etiam, atque etiam animadvertere supplicamus. Alterum est quod observantia, ubi sit pro applicatione, non affertur ut injungat eam applicandi obligationem, quam non injunxit Fundatio, sed ut monstret, declaretque talem fuisse legem Fundationis. Porrò si reperiretur Fundatio, certoque ex ea constaret obligationem applicandi haud fuisse injunctam, observantia non aliter posset afferri quam ut induceret obligationem illam applicandi, quam ipsa Fundatio minimè injunxit. At latente fundatione, itaut nesciatur an fuerit injuncta nec nè obligatio applicandi, observantia indicat qualis fuerit ipsa fundatio. Et in hisce terminis neutiquam procedunt quæ ultima præcedentis instantiæ *Decisio* habet §. 13. = *Particularis verò Consuetudo non aliter perfici potuit, quam per pacificam constantemque applicationem quatraginta saltem annorum, & quidem antè inceptam litem, hoc est ante annum 1739. completorum. Et rursus oportet applicationis actus processisse vel ab opinione praexistentis obligationis, vel ab animo nova se ligandi obligatione*. Observantia enim quatraginta annorum necessaria est tunc quum obligatio applicandi à Fundatione non fuit injuncta. Satis verò superque est observantia decem annorum, ubi in obscuro sit an ea fuerit nec ne injuncta, ut punctim inter alios firmant *Pax Iordan. Elucubrat. divers. tom. 1. de Re Sacr. lib. 4. tit. 1. num.* 549, ex professo *Genuens. Practicab. Eccles. quæst.* 391. *per tot. Fraxinell. de Obligat. Sacerd. sect. 4. conclus. 4. §. 17. Perez de Lar. de Anniv., & Cappellan. lib. 1. cap. 12. num. 25. Homobon. exam. Eccles. tom. 2. tract. 9. cap. 10. quæst. 28. Pellizar. in Manual. Regular. tract. 5. cap. 9. num. 94*. Nec opus est opinione præexistentis obligationis, vel animo nova se ligandi obligatione = *nam factum præsumitur ab Eo qui erat obligatus facere* = ut cum aliis *superiori §. allegatis* inquit *Gobat. loco citato*.

11 Alterum, quod pronius standum est Observationi applicationi favorabili, quàm observantiæ contrariæ applicationi. Ratio vero est in promptu. Observantia enim quæ applicationi favet innititur verisimili menti Fundatorum, tum ei quod plerumque fit, ut probe monent *Pignatell. consult. Canon. tom. 3. consult. 61. num. 10., & plur. sequent.*, *Bonacin. suor. oper. tom. 1. de Sacram. Eucharist. disput. 4. quæst. 8. part. 7. §. 11. Boss. suor. oper. varior. tom. 1. tit. 1. §. 25. num.* 428. ubi quod Textus *in Leg. Quidquid adstringendæ ff. de Verb. obligat.*, quo videtur dispositum, quod obligatio, de qua non constat, injungi nequeat, minimè procedat ubi pro ipsa obliga-

tione adsistant verisimilis mens, usuque magis commun- Passerin. de Stat. Homin. tom. 1. quæst. 187. artic. 4. num. 978., ubi eodem prorsus modo respondet mox citato Textui Cabassut. in Theor., & Prax. Iur. Canon. lib. 2. cap. 28. num. 8. ibi = In obscuris inspici solet quod verisimilius est, aut quod plerumque fieri solet &c. Atque verisimilius est hanc fuisse Fundatoris mentem ut Missæ applicarentur, & hæc est frequentissima talium Fundatorum intentio. Ergo hoc idem ubi nihil aliud liquet præsumi debet = Et qui vel solus suffi- cit doctissimus, & nunquam satis pro merito commendatus Benedictus XIV. in celebri vereque aureo Opere De Sacrific. Miss. lib. 3. cap. 9. num. 2. ibi = Inspicimus in obscuris quod est verisimilius. Porro verisimilius Eum qui Beneficium fun- davit, & onus celebrandi Missam imposuerit, voluisse ean- dem applicationem.

12 Patet ex his, quod recta huius Causæ definitio indè pendet, an concurrat nec nè observantia applicationi fauorabilis. At si rem ex vero æstimare velimus vix dari potest casus, in quo ob- servantia eaque antiquissima Applicationi sit favorabilior. Exu- berare sane debet, quod Libri Ecclesiarum de Bolullos, de Asnacalzar, & de Cumbres maiores, in quibus hæ Missæ ad- notari debent, reque ipsa sunt adnotatæ, hæc habent = Messe di Terza PER IL POPOLO = Messe di Terza PRO PO- PVLO = Summario reass. num. 24., & 25. vtrobique litt. A. Visitationes verò earumdem Ecclesiarum addunt insuper = Messe di Terza che li Beneficiati &c. hanno l'obligo DI DIRE PER IL POPOLO = Messe di Terza che li Beneficiati han- no l'obligo di ADEMPIRE PRO POPVLO = Summario reass. à num. 27. ad num. 86. vtrobique ferè litt. C. Inualuit enim in Hispalensi Archidiæcesi mos hic loquendi, vt si Missæ dum- taxat celebrentur, non item applicentur pro Populo, celebra- ri dicantur = AL POPOLO; sin autem simul & applicentur pro Populo dicantur celebrari = PER IL POPOLO = PRO POPVLO = Summario reassum. num. 4., & 7. litt. A. & D. num. 92. litt. B. D., & T. num. 93. litt. G. num. 96. litt. A. E. T., & prim. contrar. Summ. num. 2. litt. D. num 3. litt. A. num. 4., & 5. Ipsi igitur Libri Ecclesiarum, de quibus agitur, Visitationesque earum indubiam præbent probationem, quod applicatæ sunt Missæ pro Populo.

13 Calumniæ vero proximum est negare mox dictum morem lo- quendi. Ad eum enim probandum sufficerent Testes dati in Summario reassum. num. 17. litt. B. & num. 96. litt. A. E. I. quorum vnus est Beneficiarius Parochialis Ecclesiæ de Cum- bres, & cæteri sunt substituti ad celebrandas ipsas Missas. Ne- que obesset, quod non sunt omnes in Iudicio examinati. Nume- rus enim, & qualitas omnem ipsis conciliarent fidem, tametsi cuncti essent extraiudiciales, vt respondit Rot. in Compostel- lana

lona 2. *Maii* 1755. §. 16. *cor. bo. me. Canilliac*, *& in Caputaquen. Præeminentiarum* 25. *Iunii* 1756. §. 13. *cor. Illustrissimo Stadion*. Eoque magis, quod vnus ex ipsis, & quidem Beneficiarius Ecclesiæ Parochialis de Cumbres est in Iudicio examinatus, cæterique ex facto Capituli examinari in Iudicio nequierunt *Summario reassum. a num.* 14. *ad num.* 21. atque ideo contra ipsum Capitulum perinde haberi debent, ac si essent in Iudicio examinati = *In omnibus Causis* (ita opportune inquit Pomponius *in Leg.* 39. *ff. de Regul. Iur pro facto accipitur id, in quo per Alium moræ sit quominus fiat.*

14 At comprobatus ipse præterea remanet ex pluribus Sententiis *Summario reassum. num.* 4., *&* 7. *litt. A. & D. & num.* 10. *litt. T.*, ex confessionibus iisque incavillabilibus Beneficiariorum Parochialis Ecclesiæ de Asnalcazar *Summ. reassum. n.* 92. vbi ab vsque anno 1706. ita loquuti sunt *litt. B.* = *Avevamo l'obligo di celebrare le Messe di Terza AL POPOLO, sebbene appariva che li Beneficiati antecessori auessero celebrate le Messe PRO POPVLO* = *litt. D.* = *Avere eglino secondo gli Auversarii pretendevano lasciate di celebrarle PRO POPVLO, col dichiarare che in auvenire adempirebbero essi il loro obligo col celebrare la Messa di Terza solamente AL POPOLO* = *litt. T. s'intendano adempito col celebrare solamente la Messa AL POPOLO &c. e diranno PRO POPVLO in auvenire* = tum, & maxime ex collationibus Beneficiorum Curatorum exadverso datis, in quibus ea, quæ ipsis inest obligatio applicandi pro Populo, hisce verbis exprimitur = *singulis diebus festivis celebres Missam* PRO POPULO = *prim. contr. Summario num.* 2. *litt. D num.* 3. *litt. A. num.* 4 *&* 5. Et hic non possumus non conqueri, quod non obstantibus hisce probationibus *ultima Decisio præcedentis Instantiæ* §. 17. negare potuerit *popularem hanc significationem etiam in actibus seriis etiam in judicio, atque etiam apud Iurisperitos viguisse*; Non ne sunt actus serii, Sententiæ, confessiones in judicio emissæ, & collationes Beneficiorum?

15 Continentur hæ probationes *in præterito Summario reassumendo*. At si in re cæteroquin prorsus indubia uberior confirmatio desideretur, eam suppeditat *præsens Summarium additionale*. Plura sane in eo concurrunt, quæ probant veritatem dicti moris loquendi in tota Diæcesi Hispalen. At ne nimii præter necessitatem simus duo eaque prorsus incavillabilia selegimus. In Visitatione Ecclesiæ Parochialis de Arcos facta anno 1722. hæc habentur = *Si visitarono le Messe di Terza che si dicono* PRO POPULO *tutti i giorni dell'anno, che sono a carico de Beneficiati di questa Chiesa &c. E quantunque le dette Messe di Terza apparuero sottoscritte sino al di* 3. *di Gennaro del presente anno della data, tutta volta auendo dichiarato detto D. Eugenio* AVER CELEBRATO *dette*

 Messe

Messe, che tenea sottoscritte, AL POPOLO, E NON PER IL POPOLO, *mentre l'auea applicate a sua intenzione,* E PER VARII OBLIGHI *che auea in diuerse dotazioni, e memorie, perciò ordinò il Signor Visitatore Generale che venissero riconosciute dette Messe, ch'Egli auea registrato, come fu praticato, e trouò auer sottoscritto 763. Messe, che furono addebitate = Summario Addit. num. 1.* Rursus Sacerdotes Substituti à Beneficiariis eiusdem Ecclesiæ Parochialis de Arcos ad celebrandas Missas ab usque anno 1731. jurato declararunt, quod celebrarunt Missas *dicendole* AD POPULUM, ET NON PRO POPVLO, *imperciochè il Beneficiato proprietario &c. non mi ha pagato veruna Messa, Summario Addit. num. 4.* Ecquis autem perpensis mox relatis Visitatione, & iurata declaratione negare poterit quod ex more loquendi in Hispalensi Archidiæcesi recepto Missæ quæ celebrantur tantum, non item pro Populo applicentur, dicantur celebrari *al Popolo* = Missæ vero, quæ simul applicantur *pro Popolo*, celebrari dicantur pro Popolo?

16 Indubiæ huic demonstrationi applicationis Missarum, de quibus agitur, pro Populo tot aliæ accedunt, ut ea citra manifestam calumniam impugnari nequeat. Sciendum enim est, quod hæ Missæ quoties celebratæ suo tempore minimè fuerunt, celebrari postmodum debuerunt, ut liquet ex Visitationibus dictis *in Summario reassum. num. 38. litt. C., & E. num. 41. lit. C. in fin.* ibi = *Restano da CELEBRARSI 178. CONTRO GLI EFFETTI DI DETTI BENEFICII, & a num. 42. ad num. 50.* ubique pariter *litt. C. in fine à num. 56. ad num. 72.* ubique etiam *litt. C., & plur. sequent., & à num. 73. ad num. 86.* ubique *litt. D., & plur. sequent.* Et, quod specialem meretur animaduersionem, Missæ non celebratæ suo tempore, fuerunt postmodum celebratæ aliquando ab iis, quos Visitator destinavit, ut præsertim evenit in Visitatione Ecclesiæ de Bolullos anni 1698. *Summario reassum. num. 38. litt. D., & E.* compluries ab ipsis Beneficiariis *Summario reassum. a num. 42. ad 50. a num. 56. ad num. 72., & a num. 73. ad n. 86. literis suprà indicatis*, & nonnunquam arbitrio Collectoris Generalis, cui Beneficiarii ex reditibus suorum Beneficiorum solverunt quidquid solvere debebant pro Missis non celebratis *Summario reassum. a num. 87. ad num. 91.* Et in omnibus hisce conveniunt etiam Testes dati *in Summario reassum. num. 17. fere per tot. & signanter litt. C.*

17 Hinc porro certius quam oporteat probatum remanet agi in casu de Missis applicandis. Hæc enim in subiecta materia est constans disciplina Ecclesiæ, ut si Missæ celebrari tantum, non item applicari debeant, ut sunt Missæ, quæ celebrantur vel ob cultum, qui inde resultat alicui Sancto, vel ob Populi commoditatem &c. omissæ minime suppleantur, sed vel culpa Benefi-

ciarii

ciarii sunt omissæ, & restituere Beneficiarius tenetur, quidquid in earum causam habuit, imo potest etiam multari, vel omissæ sunt sine culpa Beneficiarii, puta quia Ecclesia fuit impedita, & locus nec est mox dictæ restitutioni, ut tradunt *Barbos. de offic. & Potest. Episcop. part. 2. Allegat. 24 num. 35. Fraxinell. de Obligat. Sacerdot. sect. 4. conclus. 4. §. 5. Alfons. de Leon. de Offic. Cappellan. quæst. 8. sect. 19. num. 194. & sequen. Pasqualig. de Sacrific. Miss. tom. 2. quæst. 1147. num 3. & plur. sequ. & rursus quæst. 1205. nu. 1. & plur. sequ. Francisc. Lugo de Sacram. lib. 5. cap. 11. quæst. 5. Dicastill.* pariter *de Sacram. tract. 5. disput. 4. dub. 21. n 397. Rot. in Firmana Eleemosinæ Missæ Conventualis* 12. *Februarii* 1751. §. 6. *cor. bo. me. Amodeo*, ubi ex multa Beneficiariis, qui non celebrarunt inflicta firmatur agi de Missis solummodo celebrandis.

18 Sin autem Missæ applicari debeant, omissæ tempore præfinito, supplendæ quam primum sunt, vel a Beneficiariis, qui ipsas omiserunt, vel ab Aliis, ut præter mox allegatos firmant *Pignatell. Consult. canon. tom. 3. consult. 61. nu. 10. Lezzan. in Summa tom. 2. Verb. Missa num.* 45. ibi = *In quo dicendum, quod quando Testator intendit principaliter solum quod celebraretur in tali Altari propter cultum, qui inde resultabat Sancto illi, cui dedicatum est, cessaret obligatio, quia alligatur ad illum locum &c.* SI VERO TESTATOR INTENDAT FRUCTUM SACRIFICII PRO ANIMA SUA NON CESSAT OBLIGATIO, SED DEBET SACERDOS IN ALIO ALTARI, VEL ECCLESIA CELEBRARE *&c. In dubio autem præsumitur intentionem Testatoris posteriori potius quam priori modo se habuisse* = *Leand. tract 8. de Sacrament. disput. 4. quæst. 26. Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 3. part. 2 cap. 24. num. 9. Bagnudell. in Bibliothec. Canon. tom. 3. Verbo Missa num.* 23., aliisque in re cognitissima omissis *Rot. cor. Mantic. decis. 22. nu. 1. & plur. sequen.*

19 Et, quod ponderare deprecamur, id procedit tametsi Missæ hæ applicandæ fuissent omissæ absque Beneficiarii culpa ut prosequuntur quot allegavimus *duobus superioribus* §§. & tradunt insuper *Nald. in suis Resolut. practic. Verbo Missa numer.* 34. ibi = *Missam obligatus dicere quotidie in certo loco, an ipso impedito, teneatur alibi supplere. Si in institutione Missarum attenditur MAGIS FRUCTUS ANIMÆ Fundatoris, quam Loci veneratio, TUNC impedita Cappella, vel Altari est SUPPLENDUM ALIBI. Sed si principalius attenditur HONOR LOCI, VEL TEMPORIS, VEL SANCTI, & tunc extra locum, & tempus signatum non currit obligatio* = *Genuens. in Manual. Pastor. cap. 72. num. 4. Cardin. de Lugo de Sacrament. Eucharist. disput. 21. sect. 2. nu.*

 42.

42. ibi = *Dicendum itaque est: QUANDO Testator intendit principaliter SOLUM quod celebretur in tali loco, vel Altari PROPTER CULTUM talis Sancti, qui inde resultabat, si Ecclesia sit violata, vel impedita cessare obligationem, quia alligatur ad illum locum; Si vero Testator intendit fructum SACRIFICII NON CESSAT OBLIGATIO, sed debet in alio Altari, vel Ecclesia celebrari* = optime *Collett. de SS. Myster. cap.* 17. *n.* 6.

20 Hæc autem si est Ecclesiæ constans disciplina, in hac, in qua versamur materia, tutò affirmare possumus, quod eo ipso quod in casú Missæ omissæ suppletæ semper fuerunt, & quidem ex præcepto a Visitatoribus in Visitationibus Ecclesiarum, de quibus disseritur, facto, agatur de Missis applicandis; quum alias præceptum hoc nec factum fuisset a Visitatoribus, qui instructi præsumendi sunt de mox relata Ecclesiæ disciplina, nec exequutioni a Beneficiariis demandatum cum eorum detrimento, ut ad rem disseruut *Pignatell. Consul. Canon. tom.* 3. *consult.* 61. *num.* 10., ubi applicationis argumentum maximum esse inquit: *si præcesserint Episcoporum Ordinationes tam circa perscrutationem omissionum in celebratione, quam circa satisfactionem Missarum omissarum* = *Dicastil. de Sacr. tract.* 5 *disp.* 4. *dub.* 21. *n.*397.

21 Ad elidendam vim invictissimi hujus argumenti applicationis Missarum, de quibus disseritur, *tertia Decisio* præcedentis instantiæ §. 29. *si celebratio* [inquiit) *potissime ad Populi commoditatem pertineat, nil excogitari potest æquius, ac justius, quàm ut neglecta reintegrentur Sacrificia, & Populus quam maxime fieri potest ad suam restituatur utilitatem*. Sed in postrema hujus Causæ propositione monstravimus responsionem hanc corruere *ex facto*, unde liquet Missas omissas fuisse nonnumquam celebratas arbitrio Collectoris generalis extra *Loca Beneficiorum* = *Summario reassum. a num.* 87. *ad num.* 91. & *sic Populum non fuisse restitutum ad suam utilitatem*; tum *in jure* vim nullam habere, idque quia quotquot hactenus de Missis omissis egerunt, omnes ad unum in ea fuerunt Sententia, ut Missæ, quæ non debebant applicari, sed celebrari tantum *ad populi commoditatem*, omissæ non debeant suppleri, ut præsertim *Barbos. de Offic. & potest. Episcop. part.* 2. *Allegat.* 24. *num.* 35. *Fraxinell de obligat. Sacerdot. sect.* 4. *conclus.* 5. *in fine*, *Alphons. de Leon. de Offic. Capellani quæst.* 8. *sect.* 19. *num.* 194. *Pax Iordan. Elucubrat. diversar. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 530. = ibi = *Si aliunde constet de voluntate Testatoris quod principaliter intenderit honorem alicujus Loci, vel Sancti, seu temporis, AUT POPULI COMMODITATEM, aliudve ministerium tali tempore, & loco præstandum,* TUNC EXTRA LOCUM, ET TEMPUS DESIGNATUM CESSAT OBLIGATIO = *Dicastill. de Sacram. tract.* 5. *dispu.*

ſput. 4. dub. 21. num. 385. Gobat ſuor. oper. tom. 1. tract. 3. caſ. 17. ſect. 2 num. 577 ibi = *Aut teneris in tuo Altari ſacrificare præciſe* OB COMMODITATEM EORUM, QUI VOLUNT AUDIRE SACRUM, *aut ob cultum illius Altaris, memoriamve alicujus Familiæ, relicta tibi interim applicatione. Aut teneris in eo celebrare non relicta tibi libera applicatione. Si primum non incumbit tibi obligatio ſacrificandi* QUIA SACRIFICANDO NON ASSEQUERIS FINEM PRÆSCRIPTUM A FUNDATORE. *Si ſecundum, id eſt non relicta tibi libera applicatione, incumbet tibi prædicta obligatio, nam ſacrificans poteris aſſequi intentionem Fundatoris.*

22 Atque hinc ultima *Deciſio* præcedentis inſtantiæ §. 8. variata reſponſione dixit = *Debitæ celebrationis omiſſio non debet eſſe impunita, jurique conſonum eſt culpam & negligentiam aliqua ratione ſarciri* = Sed, ſi dicendum quod res eſt deterius: Admittimus quod etiamſi agatur de Miſſis tantummodo celebrandis, earum omiſſio, ſi ſit culpoſa, non debeat remanere impunita; Reſtituere utique in hoc caſu tenetur Beneficiarius quidquid in ipſarum cauſam habuit, ſed id non eſt erogandum in celebrationem aliarum Miſſarum, bene vero vertendum eſt in utilitatem ejus Eccleſiæ, in quo vel ob cultum alicujus Sancti, vel ob Populi commoditatem Miſſæ illæ omiſſæ erant celebrandæ, ut opportune trahunt *Fraxinell. de Obligat. Sacerd. ſect. 4. conclus. 4. §. 5.* ibi = *Si autem prætermiſſa ſacrificia eſſent offerenda non pro vivis, neque mortuis, ſed pro veneratione & cultu alicujus Eccleſiæ, vel Cappellæ, non videtur inconveniens quod Sacerdotes, in reparationem vel ornamenta ejuſdem Eccleſiæ, vel Cappellæ, ſive Altaris, reſtituenda ſtipendia poſſint expendere* = *Alphons. de Leon. de Offic. Cappellan. quæſt. 8. ſect 19. num. 194 & ſequen. Paſqualig. de Sacrific. Miſſ. tom. 2. quæſt. 1205. n. 1. & plur. ſeq. ubi nu. 5.* hanc reddit rationem = *Per omiſſionem celebrationis Cappella, ſeu Eccleſia patitur detrimentum in cultu, & proinde videtur ipſi reſarciendum hoc detrimentum convertendo in ejus beneficium fructus reſtituendos* = optime Rota *in Firmana Eleemoſinæ Miſſæ Conventualis 12. Februar. 1751 §. 6. coram bon. me. Amadeo*. Si igitur in caſu quod fuit a Beneficiariis reſtitutum, id non fuit converſum in utilitatem Eccleſiarum, ſed fuit erogatum in celebrationem aliarum Miſſarum, argumento eſt, & quidem invictiſſimo, quod cum celebratione exigitur applicatio.

23 Ceſſatque neceſsitas tantopere *ex jure* demonſtrandi, quod demandata celebratio Miſſarum omiſſarum non convenit, niſi Miſſis applicandis. In Eccleſia enim S. Mariæ de Arcos exiſtunt Beneficia, quibus pariter eſt onus celebrandi Miſſas pro Populo. Subſtituti a Beneficiariis Miſſas celebraverant, ſed

non applicaverant pro Populo. In Visitatione autem hujus Ecclesiæ ipsi Substituti in gratiam, & obsequium veritatis confessi fuere = *Aver celebrato dette Messe che tenea sottoscritte al Popolo, e non per il Popolo, mentre l'avea applicate a sua intenzione* = *Summ. Addit. num.* 4. Injunctum propterea fuit a Visitatoribus quod eæ celebrarentur *Summ. Addit. num.* 2.; Alii etiam in eadem Archidiæcesi Hispalen. occurrunt hujusmodi exempla potissime in *Summ. Addit. num* 4. *&* 5. Ex facto igitur constat, quod in nostra Hispalen. Diæcesi conformiter cæteroquin ad dispositionem juris earum Missarum omissarum injungitur a Visitatoribus celebratio, quarum simul cum celebratione exigitur applicatio.

24 Concludentissima profecto est hæc, quæ ex demandata celebratione Missarum omissarum resultat probatio in casu applicationis Missarum, & concludentior est hæc altera ejusdem applicationis Missarum probatio descendens ex summa pro unaquaque Missa restituta a Beneficiariis, qui Missas omiserunt, Collectori Generali, ut ipsius arbitrio Missæ illæ omissæ celebrari possent. Restituerunt dicti Beneficiarii *quatuor Realia de* Vellon pro unaquaque Missa omissa *Summ. reassum. a num* 87. *ad num.* 91. Summam autem hanc adequare stipendium Missæ cujus exigitur applicatio, satis patet ex eodem *Sum. reassum. num.* 7. *litt.* G. ibi = *Li Beneficiati dicano, e celebrino le sette Messe di Terza &c. E LE OFFERISCANO PER IL POPOLO, e le paghino a i Servitori che nominasser DANDO QUATTRO REALI DI ELEMOSINA per ciascheduna* = Sed in uberiorem hujusce veritatis confirmationem accedit Sententia ab Archiepiscopali Curia Hispal. prolata anno 1725. contra Collegium S. Crucis Civitatis Vallisoletanæ. In ea enim habetur = *Dichiaro essere obligo del Beneficio, che gode proprietariamente in detta Chiesa il succennato Collegio maggiore di far celebrare la metà delle Messe di Terza di tutt l'anno APPLICANDOLE PRO POPULO, e sodisfare all'enunciato D. Eugenio la metà di quelle da esso celebrate dal dì, in cui si trovò a celebrarle ED APPLICARLE PRO POPULO, che fu nel dì 24. di Febraro dell'anno decorso 1724. alla ragione di quattro reali, ch'è lo stipendio tassato per caduno di dette Messe di Terza* = *Summ. addit. n.* 3. *lit B.*

25 Jam vero si stipendium harum, de quibus disserimus, Missarum adæquat stipendium Missarum applicandarum pro Populo, Ecquis amplius dubitare poterit quin agatur in casu de Missis pro Populo applicandis? Una omnium sententia est; quod, si stipendium congruat Missæ applicandæ, indubia sit ejus applicatio, ut firmant *Pignatell. consult. canon. tom* 3. *consult.* 61. *num.* 12. *Tancredin. consult.* 86. *tom.* 2. ubi firmata *num.* 1. *& plur. sequent.* propositione illa, quod etiam in dubio conjuncta semper dici debeat cum celebratione applicatio = *fortius* [inquit

quit *num.8.*, *& sequent.*] *procedit, quia reditus est pinguis, & valde respondens &c. nam ex pretio optimè arguitur quantum comprehendatur in contractu* = optimè *Castropalao tomo 4. tract. 22. disput. 1. punct. 13. num. 1. Gobat suor. oper. tom. 1. tract. 3. de sacrific. Miss. cas. 16. num. 469* & antecedentibus resolutionibus inhærendo S. Congregatio Concilii interpres *in Compostellana 2. Julii 1761. & 8. Maii 1762.*, *tum etiam in Firmana Officiaturæ 21. Novembris 1762. ad primum dubium*, ut recognoscere ex Foliis supplicamus.

26 Nec diverum sentiunt illi, licet pauci, qui autumant in dubio obligationem applicandi non esse conjunctam cum obligatione celebrandi, ut *Alphons. de Leon. de Offic. Cappellan. quæst. 8 sect. 8. num. 51.*, *& sequent. Amostaz. de caus. piis tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 48. & plur. sequent.* = ibi = *In dubio quando non constat quid voluerit Fundator, an celebrationem tantum, an etiam applicationem, Marchin. &c. scripsit minime applicationem præceptam esse, sed tantum celebrationem, nam in dubio pro minori obligatione præsumitur. Sed contrarium tenent communiter* Doctores *&c. HANC sententiam admitto quando pingue fuerit salarium Cappellaniæ, aut Beneficii, quod utrique obligationi satisfaciat, tam celebrandi, quam applicandi Missam &c. Quapropter in dubio quando pingue est salarium, existimo tenendam esse hanc sententiam* = *Ferrar. in Bibliothec. canon. verb. Missa artic. 3. num. 53.* = ibi = *Si reditus assignati excedunt, vel adequant id, quod vel ex jure, vel ex consuetudine solet erogari pro onere applicationis in determinatis Locis præscripto, credibile est Testatorem principalius voluisse Missarum fructum applicari, quam loci particularis venerationem.*

27 Quinimo argumentum hoc ductum à stipendio congruenti Missis applicandis potens adeo est, ut importet obligationem applicandi, licet contra hanc obligationem applicandi urgeat argumentum *à discretiva* desumptum. Hic fuit sensus Sacræ Congregationis Concilii interpretis in mox adducta *Compostellana*. Quidam enim Testator ordinaverat tria perpetua Legata Missarum, applicationis autem mentionem fecerat in primo, tum in secundo, non item in tertio. Argumento propterea *à discretiva* desumpto prætendebatur, quod in tertio non erat demandata applicatio. Eo vel maxime quod agebatur de Missis celebrandis in designatis Ecclesiis horis statis, & quidem admodum incommodis. At nihilominus Sacra Congregatio innixa stipendio congruenti Missis applicandis, rescripsit, & quidem *contra Informantem* raro cæteroquin exemplo pro obligatione applicandi *die 2. Iulii 1761.*, & *in decisis* perstitit *die 8. Maii 1762.*, ut ex Folio hujus ultimæ Propositionis §. *Et quamquam* = ibi = *Potius ergo ex quantitate Eleemosinæ sufficienti pro utroque onere gravior oriri videtur conjectura volitæ applicationis.*

28 Hic vero omittere haud possumus, quod in propositione hujus Causæ diei 22. Junii 1762., argumentum hoc à stipendio congruenti Missæ applicandæ sumptum præcipue inculcavimus, ut ex *nostro Restrictu* tunc distributo §.2. *& plur. sequen.* At *Decisio* ipsum dissimulavit perinde ac si allatum à nobis haud fuisset. In propositione diei 17. Iunii denuo, & quidem majori virium contentione hoc idem argumentum inculcavimus, ut pariter *ex nostro Restrictu* tunc distributo §.33. *& plur. sequent*: Sed & *Decisio hæc* verbum nec de eo fecit. Hoc autem utriusque hujus *Decisionis* silentium, apertius, quam necesse sit pandit, invictum adeo esse argumentum hoc ut nulla possit solida responsione elidi.

29 Succedit aliud applicationis argumentum, quod si rem ex vero æstimare velimus, vel solum in hac Causa exuberat. Porro Beneficiarii, quoties ita ipsis libuit, Missas *ante tempus celebrarunt*, & quidem approbantibus Visitatoribus, ut constat ex *Summario reassumendo num.59. 60. 61. & 62. ubique lit.D. num.66. lit.E.* = ibi = *Sino al fine di Decembre del 1717. rimase adempito l' obligo di questo Beneficio, E SOPRAVANZANO a questo Possessore VENTUNO MESSE, e però nel corso di quattro anni, e mezzo sino al fino di Giugno 1722. si devono trovar celebrate novantacinque Messe; Laonde defalcandone VENTUNO, CHE SOPRAVANZANO nel fine di Decembre dell' anno 1717. restano Messe numero settanta quattro, le quali non appar vero adempite, e però si ascrivono a debito* = *num.68. lit G.* ibi = *Si devono celebrare Messe sessanta tre, e defalcandosene ventisei, cioè QUATTRO SOPRAVANZATE nella Visita passata &c. e le ventidue sottoscritte da Don Cristofaro de Aza &c. rimangono 37. Messe che se gli ascrivono a debito* = *num.72. litt.D.* ibi = *Rimase adempito sino al detto giorno, E GLI SOPRAVANZANO diciotto Messe* = *& lit.E.* = ibi = *Rimase compito l'obligo, E SOPRAVANZANO TRE' MESSE sino al d. giorno* = tum etiam alibi.

30 Concurrente autem hac adeo frequenti celebratione Missarum *anticipata* approbantibus Visitatoribus; nescitur quomodo controverti possit quod agatur de Missis applicandis. Nihil enim in subjecta materia notius, nihilque certius, quam quod *anticipata* Missarum celebratio permitti possit, si agatur de Missis applicandis, non item de Missis dumtaxat celebrandis, vel ob cultum alicujus Sancti, vel ob commoditatem Populi, idque quia in priori casu *anticipata* celebratio non officit, imo prodest, in secundo vero casu contraria est voluntati Fundatoris, ut unanimi sensu firmant *Romaguer, ad Constitut. Synodal. Gerund. libr.3. tit.17. cap.18. num.18. & seq. Fagundez. in præcept. Ecclesi. præcept.1. libr.3. cap.9. num.1. & seq. Barbos. de offic. & potest. Episcop. par.2. alleg.24. n.14.*

Pax

Pax Jordan, elucubrat. divers. tom. 1. lib. 4. tit. 1. num. 552. Cardinal. de Lugo de Eucharist. disp. 21. sect. 2. n. 43. egregiè *Tamburin. de Sacrific. Miss. libr. 3. cap. 3. §. 3. numer. primo Amostaz de caus. piis lib. 2. cap. 3. §. 43.* optimè *Giballin. de Simon. quæst. 18. consect. 7. num. 26., Lezzan. in summa tom. 2. verb. Missa num.* 10. ibi = *Circa anticipationem Missarum jam dixi tom. 1. part. 1. cap. 21. num. 7.* LICERE ANTICIPARE ILLAS, *id est dicere illas ante tempus præfixum a Testatore, vel Institutore, nisi contrarium expressè declaretur ab illo; quia generaliter loquendo anticipata solutio nullo modo præjudicat, sed prodest Creditori &c. Unde Sacerdos obligatus ad dicendum quindecim Missas verb. grat. singulis mensibus, potest hoc mense dicere triginta pro præsenti, & sequenti &c.* SECUS DICENDUM QUANDO DESIGNATIO TEMPORIS *pro Missis dicendis* FACTA EST A TESTATORE *propter aliquam rationabilem causam, ut si instituit Missam Feria 6. in honorem Passionis Domini, & Sabbato pro B. Virgine, aut propter aliquem decorem Capellæ, vel Altaris,* COMMODITATEM POPULI *audientis illas* = *Ferrar. in Bibliothec. Canon. verb. Missa articul. 5. num. 4. & sequen.* = ibi = *Capellanus, qui onus habet certis diebus celebrandi* PRO FUNDATORE, POTEST ANTICIPARE ILLAS PRÆVENIENDO CELEBRARE &c. *quia ex una parte illa anticipata celebratio non cadit in incertum, nec suspendit effectum ejusdem Sacrificii, quum sint omnia requisita, & sit determinata Persona, supra quam cadit idem effectus; ex alia parte potius suffragetur Fundatori, quam noceat; siquidem pro ejus salute,* QUO CITIUS *offertur Sacrificium,* EO CITIUS LIBERATUR A PURGATORIO; *adeoque non est quod dicatur prohibita talis anticipata celebratio. Si autem Fundator in Fundatione &c. dies præfixerit &c. ut in ipsis determinatis diebus daretur* COMMODUM POPULI AUDIENDI SACRUM, *tunc non posset* ANTICIPARE *celebrationem, sed teneretur omnibus illis præfixis diebus ad illam determinatam celebrationem saltem localem, quia aliter violaret mentem Fundatoris,* ET FRAUDARET POPULUM *jure, quod ex ejusdem Testatoris voluntate haberet Sacrum audiendi illis cujuscumque Hebdomadæ determinatis diebus, Sic sentiunt Barbos. &c. Diana &c. Riccius &c. & alii communiter.*

31 In *Facto* non impugnavit *tertia Decisio præcedentis instantiæ anticipatam* in casu celebrationem Missarum approbantibus Visitatoribus; sed ex jure respondit = *Nil relevat approbata aliquoties Missarum anticipatio &c. Animadversum est Populum in anticipatis Missis suam jam recepisse utilitatem & commodum, propiereaque nil obstare posse, quominus illæ*

op-

approbarentur= Ostendimus vero in ultima propositione hujus Causæ, responsionem hanc contrariam adeo auctoritati Doctorũ esse, ut nec unus pro ea allegari possit Scriptor licet de *Trivio*, resistere præterea solidissimæ illi rationi *a Ferraris loc. cit.* adductæ: *Violaret mentem Fundatoris, & fraudaret Populum jure quod ex ejusdem Testatoris voluntate haberet Sacrum audiendi illis cujusque Hebdomadæ determinatis diebus* = & demum ob summam apud omnes auctoritatem hujus Supremi Tribunalis perniciosi exempli esse posse. Id autem in causa fuit, *ut postrema Decisio* invictissimum hoc argumentum non amplius *ex jure*, sed ex *facto* non sine manifesta varietate declinare studuerit ajendo §. 18. = *Quod autem obiicitur de permissa, approbataque Missarum anticipatione id impossibile videbatur, dum non aliter anticipatio percipi valet, quam si dicamus una eademque die Missam de Tertia pluries fuisse celebratam, quod quidem magna absurditate, & inverisimilitudine non caret.* = At nescitur certe quomodo excidere hoc potuerit huic postremæ *Decisioni*, quando veritas anticipatæ celebrationis Missarum approbantibus Visitatoribus, innegabilis est attentis tot numero Visitationibus. Idque etiamsi ea *magna absurditate, aut inverisimilitudine non careret*, ut ait ipsa *contraria Decisio*; quippe quia facta, de quibus indubie constat, negari haud possunt sub prætextu absurditatis, aut inverisimilitudinis, At si veritas in pretio est, commentitia est hæc absurditas, commentitia hæc inverisimilitudo. Repetendum hic est, quod pluries omittebantur Missæ hæ de Tertia ab illis, qui celebrare ipsas debebant. Potuerunt igitur illis diebus eas celebrare ii, qui jam jam suo tempore celebraverant Missas suas.

32 Gravissima certè sunt hactenus deducta. Sed graviora supersunt. Anno 1706. Beneficiarii Ecclesiæ Parochialis de Asnalcazar, & cum ipsis Bernardus Sarralde, *qual Procuratore, e Maggiordomo della Collegiata della Villa di Olivares*; prout revera erat tum ad negotia, tum etiam ad lites, & quidem cum facultate substituendi, ut ex *Summario Additionali numer. 9.* Curiam Archiepiscopalem Hispalen. adierunt, & hac facta ingenua confessione, quod = *appariva che li Beneficiati Antecessori avessero celebrato le Messe* PRO POPULO = ratione verò diminutionis deindè sequutæ redituum supplices petierunt = *Che si dichiarasse di niuno effetto, e valore il debito delle Messe di Terza, che si era ascritto, per avere Eglino secondo gli Avversarj pretendevano lasciate di celebrarle* PRO POPULO, *con dichiarare che in avvenire adempirebbero Essi il loro obbligo con celebrare le Messe di Terza solamente* AL POPOLO, *rimanendo libera la loro intenzione di potere applicare* = *Summario reassum. num. 92. litera D.* Petitioni vero huic Collector Generalis contradixit, in-

instetitque = *che li prememorati Beneficiati pagassero la somma che importava, ed in avvenire celebrassero la Messa AL POPOLO, ET PRO POPULO = Summario reassum. n. 92. litt. H.*; Sed quamvis Beneficiarii consensissent = *che moderandosi le Messe non celebrate, e ben anche quelle che in avvenire correranno, essi depositeranno quelle rimarranno liquide, e diranno PRO POPULO in avvenire quelle Messe, che saranno ridotte, Summario reassumen. num. 92. litt. D.*; Nihilo tamen minus Archiepiscopalis Curia Hispalen. = *disse che non vi era, ne vi è luogo alla pretensione de' Beneficiati &c., e commandò che si eseguisse, e riscotesse il debito sudetto = Summ. reassum. n. 92. litt. M.*, prout factum re ipsa fuit, imò Beneficiarii ad expensas condemnati fuerunt *Summ. reassum. num 92. litt. N. & O.*

33 Anno 1713. iidem et Beneficiarii noviter adierunt Curiam Archiepiscopalem Hispalen., innixique diminutioni in dies majori redituum supplices pariter petierunt = *che si dichiarasse, qualmente le Parti adempivano con dire la Messa PRO POPULO in tutte le Domeniche, e Feste dell'anno col ripartirsi tra i quattro Beneficiati che sono quelli di detta Chiesa* = ab eaque pronunciari obtinuerunt = *che per ora mentre sussisterà la tenuita del valore di ciascun Beneficio adempiano col celebrare la Messa cantata di Terza AL POPOLO E PER IL POPOLO in tutte le Domeniche, e giorni Festivi dell'anno. E perchè sono quattro i prememorati Beneficj, devono dire la Messa cantata all'ora di Terza in tutti i giorni dell'anno* = & decreto hoc in Codices Visitationum relato, ita postmodum fuit servatum *Summ. reassum. à num. 63 ad num. 72. ubique litt. C.*

34 Respiciunt hæc Beneficiarios Ecclesiæ Parochialis de *Asnalcazar*. Quod verò attinet ad Beneficiarios Parochialis Ecclesiæ *de Cumbres*, anno 1696. intuitu tenuitatis redituum fuit etiam auctoritate Ordinarii facta reductio Missarum, eaque talis, ut vel applicentur Missæ reductæ, vel stipendium ipsarum deponatur in Collectoria Generali *Summario reassum. num. 74. litt. D.*, *& Summario Additionali num. 10.* Reque ipsa ita fuit servatam spatio aliquorum annorum *præsenti Summario Additionali num.* 10. Dein verò nec fuerunt Missæ applicatæ, nec fuit depositum earum stipendium, & hoc detecto in Visitatione anni 1709., reditus Beneficiorum, & inter hosce Decimæ pignori fuere capti, ut ex pretio retrahendo Missæ illæ omissæ arbitrio Collectoris Generalis celebrari possent *præsenti Summario Additionali num.* 11.; In hoc autem rerum statu Ioannes de Huerta qua Procurator substitutus à paulo ante memorato Bernardo de Sarralde Procuratore Capituli etiam ad Lites cum facultate substituendi à *Summario Additionali num. 9. litt. D.*, tum constitutus

Prio-

Priore Ecclesiæ Cathedralis, ratione unionis huic Dignitati unius ex his Beneficiis, atque ab altero Beneficiario *Summario Additionali num.* 12., & 13. recursum habuit ad Archiepiscopalem Curiam Hispalen., hac facta petitione = *che attesa la calamità de' tempi, ed il considerabile decremento degli Abitanti di detta Villa, non possono detti Beneficj, nè hanno potuto adempire i pesi di quelli, perchè non hanno entrate da poterlo fare, essendo maggiori i pesi delle Messe, che il sussidio, ed entrate de' frutti di detti Beneficj. Laonde si devono dichiarare liberi gli enunciati Beneficj dall'obbligo delle Messe arretrate, ed addebitate, che sino ad ora sono state trovate con moderargli l'obbligo di esse in avvenire, giustificandosi tutto colle certificazioni, che io presento, e giuro; Attese tutte le quali ragioni supplico V. S. a volersi compiacere dichiarare detti Beneficj liberi da quelle Messe, che gli sono state addebitate, e che in avvenire siano moderate, dichiarando che adempiano col dire la Messa di Terza* AL POPOLO *in tutte le Domeniche dell'anno, col ripartire ad ogni Beneficio quelle, che gli toccheranno per essere un sufficiente gravame, attesa la rendita che al presente godono, non essendovi speranza, che in avvenire si aumentino le rendite = Summ. Addit. num.* 14.

35 Communicavit Curia Archiepiscopalis Hispalen. petitionem hanc Promotori Fiscali *Summario Additionali dicto num.* 14. *litt.* C. Hic vero amore pacis litem Concordia hac terminavit *Summario Additionali num* 15.; Narrata in ea primitus fuit mox memorata Concordia anni 1699. inita *tra la Colletteria Generale, e la detta Collegiata di adempire il di loro obbligo in ciascheduń anno colla celebrazione* PRO POPULO, *e depositare nella Colletteria Generale la limosina di quarantatre Messe = Summario Additionali num.* 15. *lib.* B.; Additum deinde fuit = *che a motivo della deteriorazione de' tempi sempre più si sono diminuite le loro rendite, di maniera tale che solamente sino all'anno* 1705. *inclusivè appena hanno reso quel tanto ch'era necessario per adempire la detta convenzione aumentandosi più ogni volta questa diminuzione, specialmente non avendo detti Beneficj proprietà di sorte alcuna,* ESSENDOVI BEN ANCHE LA CIRCOSTANZA CHE GODENDO UNA RENDITA MAGGIORE I BENEFICI DI ASNALCAZAR, ED ESSENDO QUATTRO NELLA LITE CHE EBBERO FURONO LIBERATI TRATTANTO, CHE NON AVESSERO MAGGIORI RENDITE, DALL'OBBLIGO COTIDIANO DELLA MESSA DI TERZA PRO POPULO, *e fù ordinato, che adempissero soltanto ne' giorni di Festa, e ad Populum ne' rimanenti giorni dell'anno = Summario Additionali dicto num.* 15. *litt.* D.; Et demum fuit conventum

tum = *che dall'anno settecento sette solamente venga imposto a i detti Beneficj lo stesso obbligo delle Messe di Terza PRO POPULO ne i giorni di Festa, ed in questa conformità si prosiegua, e dicendo i Serventi AD POPULUM le rimanenti Messe in tutti i giorni sino a tanto che non miglioreranno le rendite delli enunciati Beneficj, ed in questa guisa gli si faccia il carico, e gli si ammetta il discarico di quelle che hanno dovuto adempire sino all'anno settecento sei alla ragione di quarantatre Messe, ed in avvenire habito respectu a i giorni di Festa, e se gli ponga a debito quello che resulterà* = *Summ. Addit. d. n.15. litt.E. & F.*

36 Porrectis ab utraque Parte precibus pro hujus Concordiæ approbatione Ordinario, hic = *disse, che l'ammetteva, e l'ammise per quanto in jure siavi luogo, ed in conformità della medesima ordinò, che D. Gaspare Perez Notaro Raziocinatore delle Fabbriche, aggiusti, e liquidi il Conto ivi espresso con tutta la chiarezza, e distinzione, e fatto che abbia ciò si registri ne' Libri della Collettoria Generale di questo Arcivescovado, e della Visita della Chiesa Parrocchiale della Villa di Cumbres Majores, ed in altre parti ove convenga acciocche resti in ogni tempo, e questo decreto serva per dispaccio nella debita forma* = *Summario Additionali dicto numer. 15. litt.G., & H.* Reque ipsa mox dictus Ratiocinator distinctum efformavit calculum, in quo enumeravit Missas omissas, easque debito ascripsit, sed facta deductione pretii retracti ex venditione fructuum pignori captorum, tum trium solutionum à Procuratore Capituli in conspicua quantitate factarum *Summario Additionali num. 16.* Eum vero præfatus Joannes de Huerta Procurator, nomine potissimum DELLA COLLEGIATA DE OLIVARES produxit, & approbari obtinuit ab Ordinario consentiente Promotore Fiscali dummodo = *venga registrata la convenzione ne i Libri della Visita, e della Collettoria ad oggetto, che in ogni tempo consti, e si possa riscotere il Credito, e si possa procedere contra i rimanenti Beneficii, che non sono concorsi nella Convenzione* = *Summario Addit. d. n.17. litt.C.*

37 Hæc evenerunt sub annum 1715. Insequenti vero anno 1716. Curia Archiepiscopalis Hispalen. = *commandò, che attesa la piccola rendita che al presente hanno i Beneficii della Chiesa Parrocchiale della Villa di Cumbres majores per ora, e sino a tanto che queste abbiano maggiori rendite cadauno adempia col dire ogn' anno ventuno Messe PRO POPULO colla limosina ordinaria, ed un tal'obligo deve comminciare dal di 1. Gennaro dell'anno decorso 1707.; Commandò altresì, che non ostante quel che è stato allegato dal Signor Priore de las Hermitas si eseguisca, e si adempia il Decreto pronunciato da Sua Signoria nel di 6. Decembre dell'anno decorso 1714. in*

con-

conformità della Convenzione precedente collà condizione però che detto Signore paghi il debito che risulterà contro di esso sino all'anno 1706. inclusive alla ragione di due Reali per limosina di cadauna delle 43. Messe, che corrisponde ad ognuno degli anni suddetti, e ciò s'intenda senza che possa allegarsi in esempio per le ragioni di equità, che assistono à Sua Signoria = Summario Additionali num. 18. Reque ipsa ita factum fuit, *ut ex Summ. Add. n.* 19.

38 Quæ omnia quum ita se habeant, non videmus quomodo *fide* exadverso *bona* possit amplius in discrimen adduci applicatio Missarum, de quibus agitur. Ex confessione ipsorum Beneficiariorum omnes Missæ olim applicabantur pro Populo. Ratione administrationis redituum iidem Beneficiarii petierunt reductionem, eamque licet obtinere pro prima vice nequierint, acquieverunt, Missasque ut antea applicare *pro Populo* continuarunt. Denuò posteà eamdem reductionem sub fundamento majoris in dies diminutionis eorumdem redituum petierunt, & obtinuerunt, ita ut ab eo tempore *ad formam reductionis* alias Missas vix ad commoditatem Populi celebrarint, alias vero pro Populo applicarint. *Bona fides* certe haud patitur, ut Beneficiarii impugnare valeant applicationem pro Populo earum Missarum, quarum IPSIMET obtinuerunt reductionem. Idque ipsum sub initium hujusce Litis agnovit ipsum Capitulum, quod propterea in controversiam haud revocabat applicationem Missarum pro Populo, sed contendebat onus hoc applicationis non Beneficiariorum, sed substitutorum esse debere, ut patet ex Actis tunc gestis *Summario Additionali numer.* 20. 21., *&* 22. *litt. A.* ibi = *E perche non l'approfittano i Testimonii, che hà cavato sopra che le Messe SI DEVONO APPLICARE PRO POPULO, e non ad Populum, ne quello che sopra ciò allega il Fiscale, PERCHE QUESTO NON E' IL PUNTO CHE SI CONTROVERTE, MA SOLAMENTE se le Messe di Terza avanzate per non essere state dette sono del Conto del Servidore del Beneficio, O DEL PROPRIETARIO, CHE SIA DI CONTO DEL SERVIDORE V. S. hà dichiarato per Sentenza passata in cosa giudicata.*

39 Quæ autem habent tertia, & postrema *Decisio præcedentis instantiæ*, ut in suspicionem adducant Acta anni 1706., ea paulo inferius magis opportunè refellentur. Defectus verò, qui à tertia *Decisione* §. 23. opponebatur Mandati Procuræ Capituli in persona Bernardi de Sarralde, hodiè cessat ex facto, dum exhibitum jam est amplissimum Mandatum Procuræ ad negotia, tum ad Lites, & quidem cum facultate substituendi *Summario Additionali num.* 9.. Non erat verò quod postremæ *Decisioni* §. 15. excideret, quod Procurator præjudicium Domino suo irrogare nequeat. In primis enim mox dictus Procurator in casu emolumentum non leve attulit Capitulo ex eo

quod

quod reduci obtinuit Missas. Dein vero auctoritas inviolabilis rerum judicatarum facili negotio convelleretur, si fas esset dicere, quod nequit Procurator Domino suo præjudicare. Accedit tertio, quod reductio, de qua disseritur, obtenta est, & exequutioni demandata sciente, imo plaudente Capitulo,

40 At potissimè postrema *Decisio* §.16. abstinere omnino debebat à responsione illa = *Retorquetur in Collectores decretum illud = Adempiano con celebrare una Messa cantata al Popolo= Cæterum hæc omnia Collectoriæ monumenta sunt etiam intrinsecus irrelevantia, & inefficacia, nam non aliud ad summum probant, quam quod Missæ de Tertia celebrandæ sint pro Populo; Atque verissime celebrantur pro Populi commoditate hora tertia numerose confluentis ad Ecclesiam* = Eamdem enim responsionem innixa errori facti dederat & tertia *Decisio* §.21., sed errorem jam in postrema hujus Causæ Propositione deteximus. Uti tunc diximus, & repetimus etiamnum, Decretum conceptum minimè est verbis illis = *Adempiano con celebrare la Messa di Terza al Popolo in tutte le Domeniche in conformità della Costituzione Sinodale di questo Arcivescovato* = ut malo fato hujus Causæ erroneè à *contraria Decisione dicto* §.21. referebatur, sed conceptum est hisce aliis verbis = *Dichiaro che per ora, e mentre sussisterà la tenuità del valore di ciascheduno Beneficio de i quattro esistenti in detta Chiesa Parrochiale della riferita Villa di Asnalcazar adempiano con celebrare la Messa cantata di Terza al Popolo*, E PER IL POPOLO [hæc postrema fuerant omissa) *in tutte le Domeniche, e giorni festivi dell'anno*. Ed [hæc etiam dictio omissa fuerat) *in seguela della Costituzione Sinodale di questo Arcivescovato, e perche sono quattro i prememorati Beneficii devono dire la Messa cantata al Popolo nell'ora di Terza in tutti i giorni dell'anno* = *Summario reassum. num.* 93. *litt.* G. Ecquis quæso est, qui ex relatis, iisque veris verbis Decreti statim non intelligat, quod ipsum diebus Dominicis, & festivis voluit non solum celebrationem, sed & applicationem pro Populo, eo ipso quod = *adempiano* [inquit) *con celebrare la Messa cantata di* Terza *al Popolo*, E PER IL POPOLO = cæteris vero diebus voluit solummodo celebrationem, eo ipso quod = *devono dire* [subdidit) *la Messa cantata al Popolo nell'ora di Terza tutti i giorni dell'anno* = SI LOQVVTIONIS DISCRIMEN VOLVNTATIS INDICAT DISSIMILITVDINEM, ut ait ipsa *tertia Decisio* §.30. procul dubio verbis illis = AL POPOLO, E PER IL POPOLO = intellexit Decretum de celebratione, simulque applicatione pro Populo, hisce autem verbis AL POPOLO, intellexit de sola celebratione. At quorsum hæc? Hic, ut supra, est ostensum, est modus loquendi in Hispalensi Archidiæcesi receptus.

Sic

41 Sic ad evidentiam usque demonstrato, quod observantia nequit esse magis Applicationi favorabilis, frustra & omnino incassum *contrariæ Decisiones* ejus vim declinare hoc nomine nituntur, quod vitiati sunt Libri undè supra relata argumenta applicationis pro majori parte desumpsimus, neque ab omni suspicione immunia sunt ipsa Acta anni 1706., de quibus paulo ante disseruimus. Quod enim attinet ad mox dictos Libros, satis superque esset, quod, ut diximus in præteritis hujus Causæ propositionibus, licet veritatem hanc tametsi resultantem *ex Summariumario reassum. num. 11. litt. D.*, nimium *ipsæ Contrariæ Decisiones credentes* Capitulo, semper malo hujus causæ fato negaverint, ii conscripti sunt ab aliis, asservantur in Ecclesiis de quibus agitur, & quod magis est, in partibus illis in quibus prætenduntur vitiati, mirifice conveniunt cum aliis partibus, quibus nulla exadverso opponitur vitiatio.

42 Sed ut nulla amplius de fide horum Librorum possit ex adverso moveri quæstio, Viri duo peritissimi, simulque integerrimi, scilicet *D Giovanni Giuseppe di Hierro Raziocinatore di Sua Majestà del numero di questa Città, e sua Regia Udienza, del Regio Ospedale di S. Cosimo & Damiano di quella, e della Cappella e Confraternita delle benedette Anime, ed Ospedale di S. Onofrio situato nel Convento, e Casa grande del nostro P. S. Francesco, & D. Luiggi di Robles Velasquez Raziocinatore di Sua Majesta del sudetto numero, e Procuratore altresì per Sua Majestà delli Rei della Regia Dogana, ed Ammiragliato, ambidue periti, e pratici da molti anni a questa parte di Visite e liquidazioni de' conti di Fabriche, Collettorie, Cappellanie, e di altre opere pie di questa Città e sua Diocesi*, ipsos sigillatim expenderunt, & ita quidem ut nullam penitus prætererint de vitiationibus ex adverso oppositis, concorditerque hisce verbis concluserunt = *Quale ricognizione abbiamo Noi fatta colla* PIU PROLISSA ATTENZIONE E CURA SENZA AVER TROVATO IN NIUNO DE' CITATI LIBRI ESIBITI ALTRE NOVITA', *oltre quelle che abbiamo esposte secondo la nostra fedele Perizia, e scienza*, SENZA FRODE, NE ALCUNA OCCULTAZIONE, COSE TUTTE MOLTO FREQUENTI, E PRATICHE *nelle Visite e Conti delle Chiese de' Luoghi di questo Arcivescovado, principalmente quando* I CONFRONTI CHE ABBIAMO FATTO TOLGHINO OGNI DUBBIO, E SOSPETTO MALIZIOSO; *perlochè Noi* ASSICURIAMO *i riferiti Libri, e quanto si contiene in essi per degni di tutta Fede, e credito tanto in Giudizio, quanto fuori di esso, come si rileva da quelli che di nuovo furono posti nella stessa Computisteria delle Fabriche, a i quali ci riportiamo, ed affinchè costi ove convenga lo attestiamo, e giuriamo Summ. addit. n. 23.*

43 Hic vero sine fastidio audiri nequit, si ex adverso objiciatur a

quod

quod agitur de Peritia extrajudiciali. Satis enim est perpendere *rationes*, quibus singulos libros ab opposita vitiatione vindicant mox dicti duo Periti, iique ratione etiam personalium qualitatum omni fide dignissimi, ut dignoscatur frustra opponi, quod Peritia hæc sit extrajudicialis, idque quia Peritis optimas sui judicii rationes reddentibus deferendum omnino est, sive judiciales, sive extrajudiciales ii sint, præsertim si ut in casu jurisjurandi religionem adhibeant, ut opportune respondit *Rot. in Romana Scalæ* 8. *Februarii* 1751. §. 6. *coram bon mem Canilliac.*, *& in Setina Immissionis* 17. *Februarii* 1755. §. 10. *coram Eminentissimo Caprarà*. Ceterum exceptio hæc male sonat in ore Capituli quando & ipsum *extrajudiciali Peritiæ* cujusdam *de Trivio Notarii* innititur ad suspecta reddenda Acta anni 1706., de quibus mox loquemur. Eo vel maxime quod per Promotorem Fiscalem non stetit quominus ad judicialem Peritiam devenirent. Ut primum enim Capitulum coram Judice delegato instantiam promovit pro recognitione a Peritis facienda *di un Libro delle Visite*, annuit Instantiæ huic ipse Promotor Fiscalis, sed ob decretam a Judice delegato suspensionem Compulsoriæ, nil actum fuit *Summario reassum. num.* 22. *lit. C. & D.* Accedit quod non semel in hoc ipso Sacro Tribunali hanc ipsam instantiam promovit ipse Promotor Fiscalis.

44 Quod vero concernit Acta anni 1706. quidquid cavillatus fit 54. post annis Notarius Petrus de Andrade & Laro plus justo in Capitulum propensus, satis est quod agitur de Actis judicialibus, ut ea legitimè expleta dicantur intercedente præsertim mox dicto diuturno 54. annorum spatio, ut opportune tradunt *Gratian. discept. Forens. cap.* 266. *num* 28. *Speidell. locupletat. in Syllog. Juridic. quæst. volum.* 2. *verbo Tempus articul.* 9. Reque ipsa asservantur ipsa *nell' Archivio provisionale di questo Arcivescovado* = *Summario ressum. n.* 92. *lit. A.* quo in Archivio asservantur Acta omnia Causarum, nec hactenus fides denegata est Actis inibi asservatis *Summ. addit. numer.* 24. *lit. E. & F.*, & quod magis est ab ipso Capitulo allegata sunt, tunc quum petita ab ipso fuit reductio Missarum pertinentium ad Beneficia Ecclesiæ Parochialis de Cumbres majores *Summ. addit. num.* 15. *lit. D.* Nihil enim magis dedecet, quam quod Capitulum in suspicionem adducat illa Acta, quibus ipsum usum est.

45 Hactenus de observantia applicationi in casu favorabili. At hæc observantia non est specialis quoad Beneficia dumtaxat, de quibus agimus, sed est generalis quoad omnia Beneficia ejusdem naturæ existentia in Archidiœcesi Hispalen, & quod magis est pluribus rebus judicatis munita. Sub hujus seculi initium Beneficiarii Civitatis Carmonæ applicare pro Populo detrectabant Missas hasce de Tertia. Re delata ad Curiam Archiepiscopalem, pro ipsis hæc sententiam protulit. Diversus

vero

vero fuit sensus Tribunalis Nunciaturæ, ad quod Causa in gradu Appellationis fuit devoluta. Ex provocatione Beneficiariorum fuit delegatus Judex per Breve in partibus. Hic autem Causa ad serium examen revocata = *Confermiamo* (pronunciavit) *il Decreto diffinitivo del Tribunale della Nunciatura di Sua Santità in data 5. Settembre 1704., in quanto revoca la sentenza dell' Ordinario di Siviglia delli 4. Gennaro 1700., il quale disse essere obligati detti Beneficiati di celebrare le Messe Conventuali, & non pro populo, e dichiaramo essere obligo di detti Beneficiati il celebrare le dette Messe di Terza non solo ad Populum, ma BENSI' PRO POPULO tutti li giorni festivi &c. Ed amministrando giustizia dobbiamo condannare, e condannamo la detta Università di Beneficiati al pagamento dell' Avanzi di Messe di Terza fatto nell' ultima Visita Summ. n. 4.*

46 Anno 1722. quum in Visitatione Parochialis Ecclesiæ de Arcos detectum fuit Missas de Tertia tametsi adnotatas in Libris, applicatas haud fuisse pro Populo, eæ *in numero 763. furono addebitate a i detti Beneficiati Summario addit. num. 1.* subindeque a Curia Archiepiscopali Hispalen fuit decretum = *Che la Parte del Collegio maggiore di S. Croce della Città di Vagliadolid come possessore di uno de' Beneficii della Chiesa Parrocchiale di S. Maria della Città di Arcos de la Frontera nel termino di sei giorni ponga nella Collettoria generale di questo Arcivescovado, e nelle mani del suo Tesoriere la limosina di 763. Messe = Summario addit. num. 2.* Obligatio autem applicandi a Nemine fuit in controversiam revocata, solumque mox memoratum Collegium contendere cœpit, quod ea tenebantur substituti ad celebrandas Missas hasce de Tertia. Sed docto a substitutis per plures Testes quod onus applicandi spectabat ad Beneficiarios *Summario Additionali num. 6.* lata fuit sententia, qua dictum fuit = *essere obligo del Beneficio, che gode proprietariamente in detta Chiesa il saccennato Collegio maggiore di far celebrare la metà delle Messe di Terza tutto l' anno applicandole pro Populo, e di pagare e sodisfare &c. alla ragione di quattro Reali, ch' è lo stipendio tassato per cadauna di dette Messe di Terza &c. come da tempo immemorabile si è praticato, e osservato detto stile, e Consuetudine Summ. addit. n 3. lit. B. & C.*

47 Anno 1723. Unus ex Beneficiariis Ecclesiæ Parochialis Villæ de Turre de Alliquime comparuit in Archiepiscopali Curia Hispalen. = *Pretendendo &c. che si dichiarasse, che avendo lasciate alcune Messe da applicarsi pro Populo, non aveva l'obligo di dirle, e detto avanzo, e visita per nulla, contra tutta disposizione di dritto, e che si assolvesse, e dasse per libero da seicento ed ottanta Messe cantate che fù detto avanzo nell'ultima visita* = At contradicente Promotore fiscali fuit pronunciatum = che

che atteso di avere giustificato istromentalmente che il detto Beneficio &c. ha pagato l'avanzo di Messe, che gli sono state riportate nelle visite antecedenti, e la detta Collettoria Generale è nel possesso di riscuoterle, commandò che non pagando l'elemosina che deve per detto Beneficio &c. sino à detta ultima Visita, dentro trè giorni dia la notificazione di questi atti, dandola alla detta Collettoria generale, si dispacci Commissario per la sua riscossione, e perciò si sequestrino i frutti, e rendite di detto Beneficio per fare di essi il detto pagamento = Summ. reassum. n 5.

18 Finem loquendi haud faceremus, si afferre vellemus omnes res judicatas, quibus obligatio hæc applicandi Missas de Tertia pro Populo stabilita est in Archidiæcesi Hispalen., ut *ex Summario reassum. num.6. 8. 9., & 10.* tum *ex Summario Addit. num.1., & plur. sequent.* At silentio præterire haud possumus, quod anno 1727. prætendebant Beneficiatii Parochialis Ecclesiæ Villæ de Zufre excutere hoc onus applicandi Missas de Tertia pro Populo. Sed Causa diu, multumque agitata, prolata à Curia Archiepiscopali Hispalen. fuit Sententia, qua fuit dictum = *E rispetto al COSTUME GENERALE ch'è in questo Arcivescovado, che i Beneficii di esso abbiano l'obligo di celebrare le Messe di Terza PER IL POPOLO, e non solamente AL POPOLO precisamente in tutte le Domeniche, e giorni festivi dell'anno, e che secondo le sue rendite di detti Beneficii è peso leggiero quello già detto, CHE SERVE DI RIMUNERAZIONE AL POPOLO CHE CONTRIBUISCE LE DECIME &c. devo condannare, e condanno i detti Beneficiati, che dichino, e celebrino le dette Messe di Terza nelle riferite Domeniche, e giorni festivi dell'anno &c. e le offeriscano per il Popolo, e le paghino a i Servitori che nominassero, dando quattro Reali di Elemosina per ciascuna = Summ. reassum. n.7. lit.B.*

19 Quibus omnibus ità se habentibus etiamsi quoad Beneficia, de quibus differitur, non concurreret specialis observantia favorabilis applicationi, declinari haud posset applicatio. Porrò sufficeret, quod in subjecta materia applicationis attendi debeat etiam observantia militans quoad alia Beneficia ejusdem naturæ, ut probè monent *Gabat. suor. Oper. tom.1. tract.3. de Sacrific. Miss. cas.16. num.477. Collett. de SS. Myster. cap.18. num.8.* At accedit hoc amplius, quod res judicata orta contra Beneficiarios Ecclesiæ Parochialis Villæ de Zufre pandit, ut *mox recognitum est*, observantiam hanc esse generalem, & fundatam esse in præstatione Decimarum, quæ à Populo fit Beneficiariis = *Summario reassum. d. num.7. lit.B.* Scitum enim est rem judicatam fundatam in causa universali, parem vim habere in omnes, quibus causa illa universalis congruit, ut tritissima res est, & ex superabundanti firmavit *Rot. in Romana Funeris 19. Junii 1747. §.11. coram bon. mem. Vicecomite*,

& aliis

& aliis cumulatis *in Regien Admissionis super manutentione* 30. *Junii ejusdem anni* 1747. §.7. *coram bon. mem. Canilliac*, ibi = *Et licet ejusmodi Sententia emanaverit contrà Possessorem alterius Dignitatis Archidiaconalis, dubium tamen non est quin faciat statum, allegarique possit contra Archipresbyterum, cujus respectu concurrit eadem universitas causæ, & rationis identitas* = & sic mox dictam rem judicatam allegari posse contra Beneficiarios, de quibus differitur, utpote percipientes non solum decimas, sed etiam oblationes à Populo *Summario Addit. num.25.*

50 Prorsusque vanum est opponere, quod hæc res judicata à vitio nullitatis excusari nequeat, eo quia fuit revocatoria alterius antecedentis Sententiæ ejusdem Curiæ Archiepiscopalis Hispalen. in rem judicatam transactæ, qua iidem Beneficiarii Ecclesiæ Parochialis Villæ de Zufre immunes fuerant declarati ab onere applicandi Missas pro Populo. Plures enim, omnesque solidissimæ in promptu sunt responsiones. Prior est, quod acquiescèntibus huic Rei judicatæ Beneficiariis illis *Summario reassum. num 6. lit.G.* datum Capitulo haud est ipsam de nullitate redarguere, ut post alios firmant *Cravett. consil.232. num.3. Altimar. de Nullit. Senten. tom. 1. part.2. Rubric.12. quæst.339., ubi num.51.* firmat, quod sententia revocatoria rei judicatæ irrita sit, *numero* autem 67. *limitatur* (ait] *quando Sententia est lata non inter easdem Personas.*

51 Altera est, quod Sententia antecedens lata neutiquam fuit *citato Promotore Fiscali*, qui hisce in Causis est unicus & legitimus Contradictor, ut testificatus est ipse Judex *Summario reassum. num.7. lit.D.* = ibi = *La detta sentenza e lite che vi fù non seguì colla Giurisdizione Ordinaria, e suo Fiscale* = cui sane non docto de contrario, & quidem per indubias probationes fides adhibenda est, ut tradunt *Alciat. de Præsumpt. Regul.3. præsumpt.9. num.1. Mevius decis.118. num.1., & duob. sequent.*, ibi = *Judex præsumptionem Justitiæ, atque veritatis pro se habet. Etsi itaque ejus assertio plenam atque irrefragabilem fidem haud faciat; tamen veritatis præsumptione nititur, ut quod in sententia, atque decreto ejus refertur, Actis congruum, VERUMQUE HABEATUR, donec contrarium ab Alio, evidentibus fidei documentis probetur* = Quum enim dubitari in hisce terminis haud possit de nullitate hujus antecedentis Sententiæ ad notum *Textum in L.47. ff. de Re judic.* Fit hinc, quod perinde ac si ea non emanasset, liberum fuit Curiæ Archiepiscopali Hispalen. proferre rem judicatam anni 1727., ut opportunè firmant *Bohemer. in Decretal. tit. de Sentent., & re judic. §.9., & sequent. Cyriac. controv.187. num.10.*, optime *Concenant. quæst Jur. lib.1. quæst.2. num.10.*, aliosque plena manu allegans *Speidell. locupletat. in Syllog. Jurisdic. quæst. volum.2. verbo Judex articul.7.*

Hi-

52 Hisce duabus Responsionibus accedit tertia, quæ vel sola exuberat, inde promanans quod in Judicio anni 1727. Beneficiatii Parochialis Ecclesiæ Villæ de Zufre passi fuere quod cognosceretur de antecedenti Sententia, & ita quidem ut instete rint, quod = *Si dichiari che per la cosa giudicata che à suo favore hanno, adempiscano i detti Beneficiati coll'obligo di dire la Messa al Popolo nelle Domeniche, e giorni festivi* = *Summario reassum. n.7.* Eccui enim notum haud est, quod ubi Pars illa, quæ reportavit rem judicatam, passa est ut de ea cognosceretur, non est quod secunda res judicata irrita ex hoc prætendi valeat, quod sit ejusdem Judicis, tum revocatoria prioris rei judicatæ, ut unanimi sensu firmant *Amic. consil.26.*, *& consil 33.* utrobique *fer. per tot. Afflict. controvers. Jur. cap.1. in addit. num.5. Cyriac. controvers.187. num.9, & sequent. Sorg Jurisprud. Forens. tom.8. cap.96. num. 61. Surd. decis.185. num 20, Viv. decis.52. num.3. lib.1.*, ibi = *Sed ubicumque de voluntate Partium iterum cognoscatur mediante compromisso, pacto, conventione, aut* ALIO QUOVIS MODO *de* JUSTITIA, *vel* INIUSTITIA *ipsius Sententiæ etiam in rem judicatam transactæ, tunc potest procul dubio pronunciari Sententia contrà Sententiam &c. Ita &c.* *ubi planum facit istam esse* COMMUNEM OPINIONEM.

53 Constabilito quod obligatio applicandi pro Populo in casu descendit ex observantia, tum speciali, tum etiam generali, una itemque altera roborata rebus judicatis, nil aliud sanè quærendum est. At si in re certissima uberior confirmatio desideretur, in promptu est Instructio anno 1705. à clar. mem. Cardinali de Arias Archiepiscopo tunc Hispalensi ad Visitatores data. In ea enim = *Se le Messe* (inquit) *che devono* APPLICARE PER IL POPOLO LE APPLICANO *per qual che altro legato, e festa votiva,* NON LE PASSINO NE CONTI *ed osservino, e riconoscano i titoli delle proprietà, ò le licenze de' Servitori spedite dal nostro Provisore, e se questi fossero Affittuarii de' frutti de Beneficii de' loro proprietarii li sospendano dall'esercizio, dandone ragguaglio, e conto à Noi ò al nostro Provisore affine di procedere contro de' medesimi* = *Summ. reassum. num.49.*, & *Summ. Addit. num.27. lit.C., & plur. sequent.* ubi *lit.F.* duo Notarii testificantur quod = *è quella che fù ordinato si osservasse, nè ci costa che posteriormente à questa se ne sia spedita verun'altra, nè che sia stata aggiunta, aumentata, overo soppressa qualcuna delle clausole, ò Capitoli*, quæ, quidquid contradicat Capitulum Adversarium, pro recta norma procedendi fuit impressa *præsenti Summario Addit. num.27.* Reque ipsa ad tramites hujùs Instructionis semper posteà processerunt Visitatores, ut recognitum est supra.

54 De hac Instructione nil habet ultima *Decisio* præcedentis instantiæ. Non erat vero quod tertia *Decisio* insinuaret, quod ea = *de*

lit

tis loquitur Beneficiatis, quibus cura est animarum per turnum divisa, vel quibus Fundationes, aut Collationes id oneris injungerent. Imo Instructio isthæc penitus se refert ad præteritas Synodales Constitutiones, proptereàque tantum disponit quantum in illis continetur = Respuit enim litera Instructionis hanc restrictionem. Generaliter ea loquitur, & generaliter est intelligenda ad *Text. in Leg. 3. Cod. de Leg. 6.* Neque relatio habita ab ipsa ad Constitutiones Synodales quidquam officit, propterea quod demandant & ipsæ Synodales Constitutiones si serio perpendantur applicationem. Cæterum eo ipso quod Instructio, de qua verba fecimus, applicationem hanc & supponat in præteritum perspicuis illis verbis = *devono applicare per il Popolo*, & inculcat in futurum hisce æquè perspicuis verbis = *Non le passino ne' conti* = frustra obiicitur relatio ab ipsa ad Synodales Constitutiones habita, & quidem in ipsa hypothesi, quod eæ applicationem non injungerent, quippe quia novum haud est, ut Referens magis amplum sit quam Relatum, & illi, non huic stetur, ut respondit *Rot. coram Molin. decis. 004. num. 15.*, *& in Toletana Divisionis 4. Iulii 1755. § finali coram Reverendissimo P. D. Paracciano Decano.*

55 In tanta autem copia demonstrationum applicationem pro Populo in casu evincentium, prorsus deridiculum est inde eam declinare, quod in Nominationibus, quæ à Patrono fiunt Eorum, qui Beneficiis, de quibus agitur, servitium præstare debent, nulla fit mentio de applicatione hac prò Populo, sed tantummodo de celebratione; contra verò in Provisionibus Beneficiorum Curatorum mentio hæc de applicatione pro Populo fit. Quando enim constat hos ipsos, qui ità nominati fuere, semper applicasse pro Populo, *ut ostensum est supra*, non est quod aliquod ex adverso fundamentum constitui possit in Formula hac nominationum, & quidem qualiscumque ea sit, ex urgentissima illa ratione, quod attendi debet FACTUM *applicationis*. Re tamen vera Nominationes hæ obligationem applicandi pro Populo non excludunt, sed imo includunt, eo ipso quod Celebrationem inculcant = *Come l'hanno fatto, e dovuto fare i suoi Antecessori* = *contrario Summario num. 8.* quippe quia Antecessores non sejunxerunt applicationem a celebratione. Hic vero tacitum relinquere haud possumus, quod assumitur ex adverso, tum etiam ab ipsis *contrariis Decisionibus*, quod in collationibus Beneficiorum curatorum injungitur onus applicandi pro Populo. In hisce enim collationibus nec de applicatione pro Populo fit mentio, sed tantum dicitur = CELEBRES MISSAS PRO POPULO = *contrario Summario num. 2.*, *& plur. sequent.* ubique fere *Lit. D.* Quomodo igitur hic potest exadverso sustineri quod verba = *Celebres Missas pro Populo* = important (prout cæteroquin important,) obligationem applicandi pro Populo, quando negatur hæc ipsa verba in

in libris Eccleſiarum,de quibus agitur, in Viſitationibus earumdem, in Reductionibus Miſſarum importare hanc ipſam applicandi obligationem.

56 Magis deridiculum eſt ſi & hic inſinuetur exadverſo,quod in pluribus Eccleſiis ejuſdem Archidiæceſis Hiſpalen. Beneficiarii, de quibus verba facimus,Miſſas haſce de Tertia haud applicent pro Populo. In ipſa enim hypotheſi quod vigeret hæc contraria obſervantia in aliis Eccleſiis, ea certe allegari haud poſſet adverſus noſtras Eccleſias, in quibus ſemper viguit obſervantia applicandi pro Populo. In rei tamen veritate hæc, quæ ex adverſo obiicitur contraria obſervantia in aliis Eccleſiis, prorſus commentitia eſt. Utitur enim Capitulum hac in re depoſitionibus iiſque extrajudicialibus nonnullorum Teſtium. Sed alii teſtificantur de Eccleſiis illis,quarum Beneficiarii Decimas à Populo haud percipiunt,ut ſunt Eccleſiæ ipſius Civitatis Hiſpalen., & ſic allegari haud poſſunt in præſenti Cauſa. Qui vero Teſtimonium dicunt etiam de Eccleſiis, quarum Beneficiarii percipiunt decimas à Populo, ii vel ſunt Beneficiarii earum Eccleſiarum, ſubſtitutique ipſorum, & ſic uti deponentes ad proprium commodum nullo in numero ſunt habendi,vel ſunt merè extranei, & ſic uti deponentes de actu conſiſtente in animo Aliorum nullam prorſus merentur fidem.

Quare &c.

Franciſcus Mazzei Advoc.

Joſeph Vulpius.